Stephani Regis Poloniae
confirmationales D[at]o Varsaviae
22. 8bris 1582.

Pr. N: 77.

Debrecen sz. kir. város levéltára
Oklevélgyűjtemény
468. szám



853

10 pag

B. 6.

Nos itaque premissa eorum supplicatione, nostrae modo quo supra porrecta Maiestati
Regiae benignitate exaudita, et clementer admissa, praescriptas litteras ante,
dictorum Regum et Principum, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua
sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, ratas, gra,,
tas et accepta habentes, praesentibus litteris nostris, de verbo ad verbum sine
diminutione et augmento aliquali insertas et inscriptas; quoad omnes
earum continentias, clausulas, articulos et puncta, eatenus quatenus eaedem
rite et legitime existunt emanatae, viribusque earum veritas suffragatur,
acceptamus, approbamus ratificamus et innovamus, ac pro praefatis civibus
et inhabitatoribus saepememorati oppidi debreczin, ipsorumque cunctis posteri,,
tatibus, in omne aevum perpetuis semper successivis temporibus valitur, clemen,,
ter confirmamus, harum nostrarum quibus sigillum nostrum secretum quo
in rebus Transsylvanicis utimur est appensum vigore et testimonio litterarum mediante.
Datum per manus Magnifici fidelis nobis sincere dilecti, Martini de Berze,,
uice, Equitis, et per Transsiluaniam Cancellarii nostri, ac Capitanei Staroggar,,
diensis, in arce nostra Regia Varsavien, vigesima secunda die octobris mensis vi,,
delicet correctionis, anno domini millesimo, Quingentesimo Octogesimo se,,
cundo; Regni vero nostri septimo.

Stephanus Rex

1582

Mart. de Berzewice
Cancell.

NOS STE PHANUS

Dei gratia, Rex Poloniae, Magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Kiouiae, Volimiae, Podlachiae, Liuoniaeqz etc. dominus, nec non Transsil, uaniae Princeps: Memoriae commendamus tenore presentium, significan quibus expedit uniuersis; Quod fideles nostri prudentes et circumspecti Georgius Thuryj, Stephanus dustab, et Baltasar Zabo, ciues et inhabitatores oppidi nri debreczen, in comitatu Biborien existen, nostrae Mattis uenientes in conspectum, suis ac uniuersorum ciuium et incolarum dicti oppidi nominibus et in per, sonis, exhibuerunt Matti nrae et presentauerunt quasdam litteras, a diuis Vngar Regibus alijsqz Principibus super certis ipsorum libertatibus, immunitatibus, et praerogatiuis ipsis concessas; Supplican Matti nrae humilime, ut nos easdem lras, ac omnia et singula in eisdem contenta, ratas, gratas et accepta haben, presentibus lit, teris nris uerbotenus inseri et inscribi facien, approbar et ratificar, ac pro eisdem

ciuibus et inhabitatoribus prefati oppidi debreczen ipsorumque cunctis poste-
ritatibus innouari, in omne euum perpetuis semper successiuis temporibus ualiture,
ex singulari nostra gratia Regia clementer confirmare dignaremur. Quarum
quidem litterarum primarum tenor talis est. Nos Mathias, dei gratia,
Rex Hungarie, dalmatie Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium sig-
nificantes quibus expedit uniuersis, Quod cum gloria Regum in multitudine po-
pulorum ac decus Regnorum in amplitudine consistant ciuitatum et oppidorum,
expedit principibus omni diligentia omnique cura intendere populis seruandis, ac
ciuitatibus et oppidis amplificandis et fouendis, ex quibus ut pote premissa Regum gloria,
regnorum quoque commoda procedunt, ut principis ex hoc et laudetur prouidentia, et
status populorum utilitatem augmentumque sumat. Qua de re grata consideratione
pensauimus integram fidem multimodaque seruitia quibus fideles nostri Circumspecti
Judex iurati ceterique Ciues et tota communitas oppidi nostri debreczen, primum quondam
Inclyto genitori nostro, tandemque nobis se gratos reddiderunt: Presertim uero id
nobis referendum occurrit, quod cum alias nos in manibus Serenissimi principis
quondam Ladislai huius regni nostri Hungarie etc. Regis predecessoris nostri im-
merito et sine caussa detineremur Illustrisque genitrix nostra, domina Eliza-
bet una cum alijs fratribus et fidelibus familiaribus nostris partem nostram fo-
uentibus, pro iure dominij nostri ageret, contra dictum Ladislaum Regem et ad
eum pertinentes, ut pote, qui uel diripere huiusmodi iura et bona nostra paterna uel
occupare pretendebant, nonnullis alijs subditis nostris deuiantibus, ipsi ciues et co-
munitas dicti oppidi nostri nunquam uisi sunt, a uere fidei semita deuiasse, sed pro

obseruando iure nostro uirib et facultatib suis sepius opponentes multa dampna
pertulerunt, multasqz temporum iniurias sustinuerunt, Pro quibus cib ut ipsi eo ma-
gis numero aucti, diuitijs amplificati, Nobis necessitatum tempore subsidio rerum
et personarum suarum succurrere possint, Volentes aliquas nostre beneuolentie
ostendere primitias, Prefatos ciues et totam communitatem dicti oppidi nostri de
breczen que pro tempore fuerit, a solutione tributorum nrorum Regalium scilicet
Reginalium tam in terris quam super aquis ubilibet in hoc regno nro Hungar
habitorum, de personis ac quibuscunqz mercibus, animalibus et rebus ac bonis
eorum uenalibus cuiuscunqz gnis et speciei existant, proprijs duntaxat ubicunqz
per dictum regnum nrum Hungar, et in quibuscunqz locis huiusmodi tributorum
nostroru et Reginalium facienda, perpetuis semper successiuis temporibus uniuer-
sis gratiose eximimus, supportauimus et libertamus, Imo eximimus, supportamus
et libertamus presentium per uigorem. Quocirca uobis fidelibus nostris uniuersis
et singulis Tributarijs nostris scilicet et Reginalis in hoc regno nro Hungarie
tam in terris quam super aquis nunc constitutis et in futurum constituen, presentibus
uiguris harum serie firmiter precipien mandamus, aliud habere nolentes, quate-
nus a modo in posterum prefatos ciues, mercatores et communitatem dicti oppidi
nostri debreczen in quibuscunqz locis tributorum nostrorum et Reginalis ubicunqz
per regnum nrum Hungar habitis, proficiscen ad soluendum de personis ac qui-
buscunqz mercibus, animalibus ac rebus et bonis eorum uenalibus cuiuscunqz ge-
neris et speciei existant proprijs duntaxat, aliquod tributum contra formam
premisse nostre gratie artare et compeller, aut ratione non solutionis huiusmodi

tributi eos in personis impedire, aut rebus et bonis eorum dampnificare nusquam et nequaquam presumatis, nec sitis ausi modo aliquali gratia nostra sub obtentu, presentibus autem quibus secretum sigillum nostrum quo ut Rex Hungarie utimur est appensum post earum lecturam semper reddi iubemus presentanti. Datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Gregorij pape, anno domini
1458 millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo octavo. Alterarum continentia haec est. Nos Mathias dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod licet nos ad supplicationis instantiam fidelium nostrorum Egregiorum Ladislai de Nadasd ac Petri Keczer de Lak officialium oppidi nostri Debreczen siluas simul cum vado fluvij Hortobagy ac utilitatibus eorundem ad ipsum oppidum pertinentibus durante nostre Maiestatis beneplacito, pro custodia et honore contulerimus, tamen tandem nostre Maiestatis venientes in presentiam fideles nostri Circumspecti Martinus Zabo Judex, ac Michael Ezbary iuratus civis eiusdem oppidi nostri suis ac aliorum universorum civium et inhabitatorum dicti oppidi nostri Debreczen nominibus exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras scilicet et Illustris quondam Genitoris nostri bone memorie, in quibus clare comperimus, quod prefatus dominus Genitor noster primum et tandem etiam nos pro utilitate publica eiusdem oppidi ipsius silue custodiam et vadi conservationem ipsi communitati dederat et contuleramus, Ideo nos tum ex eo, tum vero ea consideratione quod si ipsum oppidum nostrum ex casu inopinabili temporum in eventu per combustionem ignis defectum pateretur, de ipsa silua iterum ipsum oppidum in suis edificijs

restaurari possit, et in eiusdem silue custodia ipsos ciues nostros solertiores et
diligentiores quam officiales, qui mutare solent esse credentes, praefatas litteras
nostras, pro parte dictorum officialium nostrorum emanatas cassari et uiribus
cariturus relinqui, dictas siluas et uadum eisdem ciuibus et communitati ip-
sius oppidi nostri duximus restitui, imo restituimus per eosdem perpetue possi-
deri et custodiri per praesentes; Quocirca uobis praefatis Ladislao de Nadasd et Pe-
tro Faczor de Lak officialibus eiusdem oppidi nostri nunc constitutis, harum
serie firmiter committimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatenus accep-
tis praesentibus a modo deinceps, uos de ipsis siluis et uado nullatenus ingerere
praesumatis, Et hoc idem iniungimus per futuros officiales in eodem oppido no-
stro pro tempore constitutos firmiter obseruari, praesentesque perlectas semper reddi iu-
bemus praesentanti. datum Budae sabbato proximo ante dominicam Judica,
anno domini millesimo, quadringentesimo, sexagesimo. Tertiarum uero tenor 1460
talis est. Nos Mathias dei gratia Rex Hungariae, dalmatiae Croatiae etc. Memo-
riae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit uniuersis; Quod
nos ad petitionem Illustris dominae Elizabet Genitricis nostrae carissimae per eam
pro parte Circumspectorum Judicis iuratorum ceterorumque ciuium et totius com-
munitatis oppidi nostri debreczen, nostrae porrectam Maiestati, eosdem Judicem iura-
tos ceterosque ciues ac totam communitatem ipsius oppidi praesentes et futuros a so-
lutione tributorum nostrorum Regalium et aliorum quorumcunque tam in terris
quam super aquis, ubiuis habitorum, tam de personis propriis quam rebus et bonis

eorum mercimonialibus ac alijs quibuscunque cuiusuis generis et speciei existat,
ubilibet per dictum regnum nostrum Hungarie in quibuscunque locis huiusmodi
tributorum nostrorum et aliorum facienda ex speciali nostra gratia duximus
perpetuo eximendum et libertandum; Imo eximimus et libertamus presentium per vigo-
rem. Saluis iuribus alienis. Quocirca uobis fidelibus nostris universis et sin-
gulis tributariis vestris scilicet et aliorum in dicto regno nostro Hungarie in quibus-
cunque locis tributorum nunc constitutis et in futurum constituendorum, presentibus uni-
uersis harum serie firmiter precipiendo mandamus quatenus a modo deinceps, prae-
fatos Iudicem, Iuratos ceterosque ciues ac communitatem dicti oppidi nostri
Debreczen uel eorum alterum in locis predictorum nostrorum et aliorum tribu-
torum ad soluendum quodcunque tributum tam de personis proprijs quam ut prefertur
de rebus et bonis eorum mercimonialibus et alijs quibusuis cuiuscunque generis et
speciei existant, contra formam premisse nostre gratiose exemptionis, artare et compellere,
aut eosdem ratione non solutionis eiusdem in personis rebusque et bonis ipsorum impe-
dire molestare et dampnificare nullo unquam tempore presumatis, gratie nostre sub
obtentu, presentes quoque quibus secretum sigillum nostrum quo utimur est appensum,
post earum lecturam reddite presentanti. Datum Bude feria quarta proxima
ante festum beati Valentini Martiris, anno domini millesimo, Quadringentesimo
1465 sexagesimo Quinto; Regni nostri anno septimo, Coronationis uero primo. Quar-
tarum uero continentia hec est. Vladislaus dei gracia Rex Hungarie et
Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis, dominis Prelatis, Baronibus

Comitibus, Castellanis, Nobilibus, ipsorumque officialibus, Item ciuitatibus, op,
pidis et uillis liberis, ipsarumque rectoribus Judicibus et uillicis quibus prae,
sentes ostenduntur salutem et gratiam. Cum Justi pro iniustis et innoxij pro reoru
excessibus non debeant aliquatenus impediri, Ideo fidelitati uniuersitatis uestrae
et cuiuslibet uestrum harum serie firmiter praecipien, mandamus quatenus
dum et quando ac quotiescumque fideles nostri uniuersi ciues et hospites in oppido
debreczen uocato commoran, aut homines et familiar ipsorum praesentium exhibitor,
pro uictualium suor necessaria acquisitione, diuersa climata regni nostri
perlustran, cum rebus et mercibus ipsorum, ad uestras terras, tenutas pos,
sessiones, honores et officiolatus, ac uestri in medium peruenerint, extunc ipsos ip,
sorumque homines et familiares supratactos, ad quorumuis instantiam in personis iu,
dicar, uel uestro astare iudicatui compeller, resque et quaeuis bona ipsor merci,
monialia arestar, seu prohiberi facere nequaquam praesumatis, nec sitis ausi modo
aliquali, signanter pro debitis delictis seu excessibus aliorum. Si qui enim
quidquam actionis uel questionis contra annotatos ciues et hospites hominesque
et familiares ipsorum praenotatos habent uel habuerint hij id in praesentia Judicis
et iuratorum ciuium antedicti oppidi debreczen legitime prosequantur, ex parte
quorum ipsi omni contra ipsos querulanti meritis iuris et iusticiae, ac debitae satisfac,
tionis complementum exhibebunt, prout dictabit ordo iuris. Praeterea quia ipsi
antiqua ipsorum libertatis praerogatiua per diuos Reges hungar, nostros feli,
cis praedecessores ipsis gratiose concessa requirente, a solutione cuiuslibet

tributi tam de personis propriis, quam de bonis et rebus ipsorum mercimonialibus
fieri debitis, penitus et per omnia excempti esse perhibentur et supportati. Ideo
vobis universis et singulis tributariis nostris scilicet et aliorum quorumcunque in terris
et super aquis ubilibet constitutis et existentibus, presentium noticiam habituris, firmi,,
libus nostris Regijs damus in mandatis quatenus a prefatis civibus et hospi,,
tibus, hominibusque et familiaribus ipsorum necnon rebus et bonis eorundem in
locis dictorum tributorum tam nostrorum quam aliorum quorumcunque in eundo
et redeundo atque pausando contra libertates eorum nullum tributum nullamue
tributariam solutionem petere seu exigere petique et exigi facere aliquatenus
presumatis. Ubi autem quippiam ex vobis secus in premissis facere attenta,,
uerit, extunc serie presentium committimus fidelibus nostris Comitibus uel Viceco,,
mitibus et Judicibus Nobilium illorum comitatuum in quibus forsitan huius,,
modi mandata nostra non observarentur, ut ipsi scita prius premissorum mera veri,,
tate vos et quemlibet vestrum ad premissa facienda et observanda non sine ue,,
stris damnis et gravaminibus in talibus fieri solitis, arcius compellant et
astringant, auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa et iu,,
sticia mediante, secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis.
1507 Datum Bude in festo Penthecostes, anno domini millesimo Quingentesi,,
mo septimo Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno decimo septimo,
Bohemie uero tricesimo septimo. Quintarum tenor sequitur hoc modo
Sigismundus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie etc. Rex

fidelibus suis universis, Castellanis, officialibus et Tributariis nris intra ambitum
regni nostri constitutis, imo alterius cuiusuis status dignitatis et preeminentiae hominibus
nra Regalia tributa tam in terris quam super aquis tenen, eorundemque tributar, presentibus
et futur, presentium noticiam habitur, salutem et gram. Quia nos iuxta formam decreti
alias per nos ex deliberatione Prelator et Baronum regnique nri Procerum salubriter or-
dinati, Universos et quoslibet mercator et alterius status homines ab omni tributar
solutione in nris videlicet tributis Regiis, per eos de ipsorum rebus et bonis ac mer-
cimoniis alias solui consueta libertavimus, exemimus, liberosque haber volumus pe-
nitus et exemptos, nra igitur et cuiuslibet urum fidelitati firmissimo Regio sub edi-
cto precipimus et mandamus quatenus a modo et deinceps inantea, a civibus hospitibus c
mercatoribus alteriusque cuiusuis status et conditionis civitatis nrae de debreczen homi- c
nibus ipsorumque mercibus, rebus atque bonis quibusuis nullum tributum nullamve tri- c
butar exactionem peter et exiger petique et exigi facer directe vel indirecte quovis co- c
lore quesito presumpmatis, nec sitis ausi modo aliquali, quin imo eosdem cives merca-
tores et alterius status homines dictae civitatis simul cum eorum mercibus rebus et
bonis universis, de locis huiusmodi tributor nostrorum, absque impedimento dampno
et vexatione aliquali liber recedere et abire permittatis, alioqui ultra indignationem
nram Regiam, quam iuxta formam ipsius decreti nri eo facto incurreretis, Poena ar-
bitrar nra Mattis, cuius severitatem utique sentietis, vos et urum quemlibet, incompassi-
bibiliter puniri faciemus de quo tandem nulli nisi urae temeritati poteritis imputar
secus nullatenus in premissis facer presumpmer, presentes sigillo nro maiori quo ut Rex
Hungar utimur fecimus consignar, quas post earum lecturam semper reddi edicimus

presentium. Datum in Mischouch, in vigilia festi Beati Mathiae Apostoli, anno domini
1411 millesimo, Quadringentesimo undecimo. Sextarum continentia talis est: Ludowicus
dei gratia Rex Hungariae et Bohemiae etc fidelibus nostris Universis et singulis
dominis prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus ipsorumque officia-
libus, item Civitatibus, oppidis et villis liberis ipsarumque rectoribus, Judicibus
et villicis quibus presentes ostenduntur salutem et gratiam. Cum Justi pro iniustis et
innoxii pro reorum excessibus non debeant aliquatenus impediri, ideo fidelitati uni-
versitatis vestrae et cuiuslibet vestrum harum serie firmiter precipien mandamus quate-
nus dum et quando ac quotienscunque fideles nostri universi cives et hospites in
oppido debreczen vocato commoran, aut homines et familiar ipsorum, presentium exhi-
bitor pro victualium suorum necessar acquisitione diversa climata Regni nostri perlu-
stran, cum rebus et mercibus ipsorum ad vras terras, tenutas, possessiones honores et
officiolatus, ac vestri in medium pervenerit, extunc ipsos ipsorumque bona et familiar prefatos
ad quoruminus instan, in personis iudicare, vel vestro astare iudicatui compellere, resque
et quavis bona ipsorum mercimonialia arrestare seu prohibere facere nequaquam presumatis,
nec sitis ausi modo aliquali, signan pro debitis delictis seu excessibus aliorum, si qui
enim quicquam actionis vel questionis contra annotatos cives et hospites hominesque et fa-
miliar ipsorum prenotatos habet vel habuerit, hi id in presentia Judicis et iuratorum civium
antedicti oppidi debreczen legitime prosequatur, ex parte quorum ipsi omni contra ipsos
querulanti meri iuris et iustitiae ac debitae satisfactionis complementum exhibebunt
Prout dictabit ordo iuris. Praeterea quia ipsi antiqua ipsorum libertatis prerogativa
per divos Reges Hungariae nostros scilicet predecessores ipsis gratiose concessa requiren,

a solutione cuiuslibet tributi tam de personis proprijs, quam de bonis et rebus
ipsorum mercimonialibus fieri deben, penitus et per omnia exempti esse perhi-
bentur et supportati. Ideo vobis universis et singulis tributarijs vestris scilicet et aliorum
quorumcunque in terris et super aquis ubilibet constitutis et existen, presentium noticiam
habituris, similibus vestris Regijs damus in mandatis quatenus a prefatis civibus et
hospitibus, hominibusque et familiaribus ipsorum, nec non rebus et bonis eorundem in locis
dictorum tributorum tam vestrorum quam aliorum quorumcunque in eundo et redeun atque pausando
contra libertates eorum, nullum tributum nullamve tributarij solutionem petere seu exigere,
petique et exigi facere aliquatenus presumatis, Ubi autem quispiam ex vobis secus in premissis
facere attentaverit, extunc serie presentium committimus fidelibus nostris Comitibus vel Vi-
cecomitibus et Judicibus nobilium illorum Comitatuum in quibus forsitan huiusmodi mandata
vestra non observarentur, ut ipsi scita premissorum mera veritate, vos et quemlibet ve-
strum ad premissa faciendum et observandum, non sine vestris dampnis et gravaminibus in talibus
fieri solitis arcius compellant et astringant, autoritate nostra presentibus vobis in hac
parte attributa et Justicia mediante. secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhiben-
restitutis. Datum Bude feria quarta proxima post festum Beati Bartholomei Apo-
stoli, anno domini millesimo, Quingentesimo, decimo Octavo Regnorum nostrorum Hungarie 1518
et Bohemie etc. Anno tertio. Septimarum tenor sequitur hoc modo. Nos Joannes
dei gratia Rex Hungarie, dalmatie Croatie etc. Memorie commendantes tenore presentium sig-
nificantes, quibus expedit universis, Quod nos cum ad supplicationem nonnullorum fidelium
nostrorum pro parte Judicis Juratorum ceterorumque civium et inhabitatorum oppidi nostri
Debreczen nostre facta Maiestati, tum vero consideratis et attentis ea fidelitate, quam

Nobis prosperis adversisque rebus nostris, iidem cives cum summa animi cor constantia fidelitateque non sine magna expensar profusione exhibuerunt et impenderunt; Ceterum memores conditionibus istius temporis quanta nunc egestate iidem inhabitator dicti oppidi nostri, propter istos tumultus bellicos qui nunc undique volitant, premerentur. Horum igitur intuitu volentes nos quoque pro meliori utiliorique statu eorundem civium et inhabitator praefati oppidi nostri mature consulere, de gracia nostra speciali et de Re-gia potestatis nostrae plenitudine, ipsos et per consequens extraneos etiam omnes ab omni solutione sicci illius tributi, quod hactenus ibidem ab eisdem nobis et pro se officia-lis nostri exigere soliti fuissent in perpetuum exemptos et supportandos duximus. Imo eximimus et supportamus liberosque reddimus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis officialibus seu aliis prefatis predicti oppidi nostri Debreczen, presentibus et futuris, Regia nostra autoritate praesentibus firmissimo nostro damus sub edicto ut a modo deinceps futuris temporibus in predicto oppido nostro Debreczen aut eius territorio nullum penitus tributum ab ipsis civibus de Debreczen vel aliis quibusvis extraneis et advenis ad fora nundinasque res merci-moniales ducentibus, aut alia quacunque de caussa illuc confluentibus, vel aliter per ipsum oppidum aut eius territorium iter agen petere et exigere vel quovismodo extorquere presumatis, nec sitis ausi modo aliquali gratiae nostrae sub obtentu. Presentes autem post ear lecturam reddi semper iubemus exhiben; Datum Budae in festo divisionis sanctor

1530 Apostolor; anno domini millesimo, Quingentesimo Tricesimo; Regnorum vero nostror anno Quarto. Octavae continentia haec est; Joannes Secundus dei gratia electus Rex Hungariae, Dalmatiae Croatiae etc. fidelibus nostris universis et singulis Magnificis

Egregiis et Nobilibus p̄ntes uisuris, in regno nro Hungarie commoran, salutem
et gram. Ex supplicatione fidelium nostrorum prudentum et Circumspector Judicib
et iuratorum ciuium oppidi nostri debreczen intelligimus complures colonos e bo,,
nis uestris ob metum Turcarum et strepitum armorum aliasq3 urgentes caussas
et necessitates in idem oppidum nrum debreczen commigrasse, ibi residere, atq3 una et
eadem libertate ac iuribus cum ippis oppidanis frui et gaudere. quos vos contra diuina
atq3 adeo humana iura ad subeunda quelibet onera et seruitia ura non secus ac si
in bonis adhuc uris residerent et uri iuris essent coger nitemini, in preiudiciu
eiusdem oppidi nostri manifestum. fidelitatibus proinde uestris, harum serie com,,
mittimus et mandamus firmiter quatenus colonos huiusmodi qui e bonis uris
in dictum oppidum nrum debreczen sese gratia commorandi contulerint, una atq3
eadem ut premissum est libertate et iuribus cum ippis oppidanis fruentes ad pres,,
tanda uobis seruitia aut alia onera subeunda nequaqua cogere et astringer presum,,
matis, sed pacifice et citra iniuriam ac quodlibet nocumentu ibidem vos resider per,,
mitter debeatis, ac teneamini; secus non factur, Presentibus perlectis exhiben restitu,,
tis; datum in ciuitate nra Alba Julia decima octaua die mensis Julij, anno domi 1563
millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo Tertio. Nouarum tenor talis est.
Nos Joannes de Huniad regni Hungarie Gubernator, Memorie commendamus
per Presentes Quod q̃zuis, nos pro fidelibus seruitijs et fidelium seruiciorum,
Pauli Capitanii uulgariter nuncupati, Praedia uidelicet Matha et Balmaz nocata,
sub iure Regio, eidem dederimus et contulerimus; tamen quia ipsa predia semper
et ab antiquo ad oppidum nostrum debreczen, perpetuis temporibus pertinen

et spectan fore dinoscuntur, ipsa dicta predia, annotato Paulo Capitaneo, minime
dar et confer potuimus, Ob hoc nos universas litteras nostras, quas prefato
Paulo Capitaneo super huiusmodi predia dedissemus et contulissemus rursus
et iterum revocavimus, cassavimusque ac viribus carituras prorsus pronun,,
ciavimus; imo revocamus et cassamus, testimonio presentium mediante, datum Bude
1452 in festo Beati Martini Episcopi, anno domini millesimo, Quadringentesimo, quinqua,,
gesimo secundo. decimarum continentia haec est. Nos Elisabet Serenissimi Prin,,
cipis domini Mathiae dei gratia Regis Hungar, Bohemiae etc Genitrix, Memor
commendamus per presentes. Quod nos tum pro commodo et utilitate ac augmenta,,
tione oppidi nostri debreczen, tum vero et precipue ad supplicationem Circumspectoru
Petri sartoris Iudicis, nec non Simonis Byzo et Ladislai Feketh civium eiusdem
oppidi nostri per eos in ipsorum ac totius communitatis iam fati oppidi nostri per,,
sonis nobis allatam; id eisdem et dictae communitati duximus dan et concedn,
imo damus et concedimus presentium per vigorem, Ut quicumque ex ipsis et inhabi,,
tatoribus prefedicti oppidi nostri in extremis de rebus et bonis suis a deo sibi
collatis testamentum cuicunque maluerit facer, liberam faciendi habeat facultatem
In cuius rei memoriam presentes litteras nostras, eisdem civibus et inhabitator
dicti oppidi nostri duximus concedend. datum Bude feria tertia proxima
post dominicam Reminiscere, anno domini millesimo, Quadringentesimo sep,,
1477 tuagesimo septimo. Undecimarum tenor talis est. Nos Joannes de Zapolya
Comes Perpetuus terrae Scepusien, Vaivoda Transsilvan et Siculorum Comes etc.
Memoriae commendamus tenore presentium significan quibus expedit universis;

Quod Circumspecti Ladislaus Zewch Iudex, ac Thomas similiter Zewch, Paulus
Fodor et Andreas Pathwan Iurati ciues oppidi nostri debreczen ad nos uenerant,
medio quorum nobis in personis uniuersorum ciuium ceterorumque inhabitatorum
eiusdem oppidi nostri humiliter extitit supplicatum, ut nos intuitu fidelium seruiciorum
eorundem ipsis et eorum cuilibet presentibus scilicet et futuris, eorumque successoribus
uniuersis de speciali nostra gratia et fauore id annuere dignaremur et concedere
gratiose, ut dum et quando quispiam uel alter eorum ab hoc seculo nutu diuino
decedere contigerit, et in semine defecerit, de rebus suis a deo optimo sibi collatis
testamentum liberum disponere, easque quo aut cuicunque uoluerit, liberam ha-
beat legandi facultatem, Prout Illustris domina Elizabet Genitrix Sere-
nissimi Principis domini quondam Mathie Regis felicis reminiscentie ipsis
mediantibus litteris suis gratiose concessisse dinoscebatur, Nos uero ipsorum
supplicatione exaudita et clementer admissa, ipsis ciuibus nostris de debreczen
et eorum cuilibet presentibus scilicet et futuris eorumque successoribus annuendum
et concedendum duximus, ut eorum quilibet qui semine defecerit, de rebus suis
a deo sibi collatis in ultima sua uoluntate testamentum liberum disponere et
quo maluerit libere testamentaliter legare possit atque ualeat, imo annuimus
et concedimus harum nostrarum sigillo nostro consignatarum uigore et
testimonio literarum mediante; datum Bude in festo presentationis Beatissi-
me Marie uirginis, anno domini millesimo, Quingentesimo uigesimo quarto. 1524